



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XXII. Bischof Dieterich von Havelberg weiht den Hochaltar im Dome daselbst, im Jahre 1330.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

fulibus nostris in kyritz cum ceteris. Datum kyritz, Anno domini M. CCC. XXIX., in festo pentecostes, per manum hermanni de Luchow, nostri notarii.

Aus dem Magoczi'schen Copialbuche im Besitze des Herausgebers No. V.

XXII. Bischof Dieterich von Havelberg weihet den Hochaltar im Dome daselbst, im Jahre 1330.

Anno Domini Millefimo Tricentesimo Tricesimo. Nos Theodericus, Dei gratia ecclesie Havelbergensis Episcopus, hoc altare Summum ejusdem ecclesie in honorem gloriose Virginis Marie et beatorum Laurencii et Constancij Martyrum consecramus in nomine patris et Filij et spiritus sancti.

Aus einer alten Copie.

XXIII. Bischof Dieterich von Havelberg bestätigt und weihet den in der Pfarrkirche zu Kyritz zu Ehren Mariens, Thomä und Severin's gegründeten Altar, am 7. April 1330.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Omnibus inperpetuum Theodericus, dei gratia ecclesie havelbergensis episcopus, gratiam dei in seculo presenti et gloriam in futuro consequi sempiternam. Humana labilis memoria cogit rerum corporalium acta literis exarari, quatenus futuris, cum opus fuerit inperpetuum redeant notionem Ideoque nos tenore presentium vniuersis christifidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, Quod in ecclesia parochiali kyritz in honorem nycolai pontificis consecratum altare quoddam versus aquilonem in honorem gloriose virginis marie et beatorum Thome apostoli et seuerini episcopi fundatum et dotatum per dominum nycolaum, dictum de kamera, ibidem plebanum IX frustis cum dimidio, quorum III cum dimidio sita sunt in pacto mansorum dicte ciuitatis kyritz et VI in moneta ibidem — ex certa scientia confirmauimus et presentibus confirmamus, decernentes ipsam in modis infra scriptis immutabile permanere, Vt videlicet predictus dominus nycolaus fundator altaris quamdiu ipse vixerit, siue in kyritz aut alias vbicunque et in quocunque statu mansionem habuerit, ipsi altari de persona officiante ydonea prouidebit. Eo vero de medio sublato rector ecclesie in kyritz, qui pro tempore fuerit ad prefatum altare personam eliget et assumet cum consilio fratrum kalendarum ibidem, uel kalendis forsitan, quod absit, deficientibus cum consilio consulum inibi, simplici tamen non obligatorio, qui eundem plebanum, si negligens inueniretur ad eligendum et assumendum personam ydoneam incitabunt. Non enim ipse plebanus redditus illos sibi met vsurpabit, sed velud patronus altaris alii conferet ut est dictum. Et hiis (sic), cui collatum fuerit, inter missas matutinam et